
Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

, 304.



304. Cod: CXXV. n. 1.

Cod: CXXV.

Chartac: Fol: saec: 15.

A 6.7.

1

Sylvestri de Rebdorf Tract: de passione Dni.

Sylvestri de Rebdorf Tractatus de passione Dominj. incipit: "Videns vidisti domine afflictionem populi tui! Continet meditationes juxta horas canonicas in septem partes divisas, quibus ob diversitatem capacitatis ingenii legentium adjectae sunt brevi, ores. In fine legitur: "Explicit liberte, ria quinta post festum Vincencij martyris anno domini 1449.

Krausius im Bändlichr Bücherschatz: p: 194 ex Bibl: Cremifanensi codicem ms: profert, in quo praesens tractatus adscribitur Prepposito in Redorff: Rebdorff: nomine Sylvestro vide Buschii Chronol: monast: germ: p: 370: Ord: S: Aug: Can: Reg: qui tamen eruditis, ejus consulibus librorum censoribus, omnino ignotus esse videtur; nisi fortassis idem sit cum Sylvestro de Falneo regio, ao 1483 defuncto, cui Oefingerus Bibl: August: p: 99 tribuit tractatum de passione Domini. — Henrico quoque de Hassia adscribitur tractatus de pass: Dni per 7 horas canonicas; item Jordano de Saxonia.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

, 305.

2

S. Isidori Hispalensis Episcopi Libri III Sententianum de Summo bono. Idem opus, quod cod. LXXVI n. 1. & cod. LXXVIII n. 1. retulimus.

S. Isidori Hisp. Libri III Sentent de Sum̄o bono. 94a–149b

3

Galli junioris Malogranatum, sive Dialogus inter patrem, et filium de statu triplici re, ligiosorum incipientium, proficientium, et perfectorum. Praefationis initium est: "Notandum quod opus subsequens, seu Liber sive tractatus intitulatur malogranatum". Caput primum inscribitur: "Quod Deus creavit hominem ad diligendum ad fruendum se ipsum", et incipit: "Sancta trinitas pater et filius et spiritus sanctus." Totum opus tribus constat libris, quorum non nisi primus a codice nostro exhibetur, unde in fine additur: "Explicit primus Liber sive tractatus Malogranati qui est de statu incipientium." Conspectum hujus operis uberiorem exhibet de Visch. Bibl. Cisterc. p. 117 legg., ubi etiam Malogranatum in belgicam linguam translatum esse narrat. Typis prodiit Coloniae 1476. Fol. et 1481 sine loco 4. et 1487. Fol. Bohus Balbinus in Bohemia docta parte 2. pag. 160 legg. Malogranati authorem nomi, nat Mathaeum Aularegiensem; de quo plura in Cod. CLXXXVII n. 16; sed perperam.

Gallus junior natione Germanus Abbas Ord. Cisterciensis Aulae regiae prope Pragam in Bohemia vixit circa annum 1370.

Galli junioris Malogranatum. 150a–239a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

, 306.

4

Tractatus de oratione dominica, seu septem petitionum expositio. Titulus est: "Incipit tractatus super dominicam orationem". Finitium: "Omnes unanimes in oratione estote, prima Petri 3tio et" Justitia hominis in hac vita!

Tractatus de oratione domi, nica. 239b–251a

5.

Tractatus de tribus essentialibus religiosorum, ita titulus; initium est, "Amicecum moda mihi tres panes et. Karissime in Domino Jesu Xto Domino dicate sorores", Manus posterior pro Sororibus posuit fratres, et genus correxit; attamen hunc tractatum Monialibus fuisse dicatum, et ex decursu patescit, et operis conclusio confirmat, quae ita finitur: "quod nobis concedere dignetur Dominus noster Jesus Christus Virginum Sponsus amator castis, simus" et. Authoris nullum adhuc deprehendi vestigium.

Tractatus de tribus essentialibus Religiosorum 251b–281a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 125

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27465

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)